

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. AM. 16

Anetia - Collegio

Ann. 16

Copia della Bolla di Mons. Grajani Venovo

di Anetia - e Breve di Clemente VIII - 1601

ANTONIVS MARSA Dei et Aplice sedis gratia Episcopus Amerinus S.
 Universis ac singulis p[re]sentis litterar[um] inspecturis salutem, et sinceram in D[omi]no charitatem
 Cum alias Ecclesia S. Angeli hujus Urbis nostre Amerine, olim Parochialis,
 Nunc simplex translata inde legitime cum suis honoribus, et oneribus, juribus,
 redditibus et emolumentis, Animarum cura primo ad Ecclesiam S. Proculi, ac demum ad
 alteram S. Mariam, in foro de porta vincupata, ubi in presentiarum laudabiliter exerceat,
 semel ac iterum dilectis in D[omi]no Patribus ac Religiosis Socii Jesu, qui p[ro]pter divini
 cultus celebrationem publicam etiam studium literarum ibi agerunt, ac successive
 devotis ac Religiosis viris Doctrina Christiana, vincupatis, qui ea etiam Fidei
 Audimata tradiderunt p[ro]p[ter] Mem: Jo: Dominicum Morcionum, et Jo: Antonium
 Lazarum Ep[iscopos] Amerinos du[m] viverent p[re]decessores nostros, cum omnibus suis hortis,
 et edificijs, ac sacra Ecclesiastica suppellectili, quibus D[omi]ni fidei opera, et pietate
 ornata, et aucta conservaretur, nec no[n] usufructu no[n]nullorum censuum cedit unum
 ac proventum primo dictis Religiosis Socii Jesu si et donec ibidem degeret, ac sub
 legibus, conditionibus, et formis in litteris sup[er]ius expeditis latinis contentis
 seu alias data, et concessa, et postmodum ab iisdem Patribus, et Religiosis omnibus,
 vel quia necessaria ad ipsorum victum, agrumque sustentationem deficeret, vel
 alijs de Causis eorum animis moventibus, cui p[re]dicta suppellectili, ac bonis demissa
 et destituta respectiva extitisset, ac nunc, no[n] sine divini cultus detrimento relicta
 remaneant. Nos, qui maxime volumus, prout debemus Ecclesias in jurisdictione
 nostra constitutas servasse teneri, nec eas divinis fraudari obsequijs, de dilectorum
 ac nobis in D[omi]no Patrum, ac Religiosorum Congreg[atione] Somascha, Sanctitate, Sanctitate,
 prudentia, literis, disciplina, alijsque probitate, ac virtutum meritis, quibus eorum
 animos exornavit Altissimus, ac in omnium respectu et lucet, ac fide dignorum testi-
 monijs, ac legitime p[ro] nos facto du[m] Venetis Legationis Aplice, Munera p[re]feremus
 plenam notitiam habentes, et obsecro etiam nobis quod nunc dilecti etiam nobis in D[omi]no
 homines, et Concilium hujus Urbis Amerine publico decreto centum et quinquaginta,
 ac Nobilis Vir Bartolomeus Petriannus Ducentorum, et multa, et singulares
 Personar[um] aliorum plurimorum pro sufficienti curam Patrum, ac Religiosorum vitam,
 et congrua sustentatione, ea sub lege, et conditione ut tunc doctrina Christiana, fideique

audimeta, et bonos mores, tu humaniores litteras hujus etiam Urbis pueros, et alumnos
publici doceant in perpetuum edisserunt, et tradiderunt prout publicis supplicibus edictis
sen conficiendis instrumentis seu obligationibus cum clausulis in eis contentis edita
asserit fuit, nec non plurima nos etiam in dno Provincia obtinente quod ea quae ipse Patres,
ac Religiosi gerunt, vel gerenda suscipiant sedulo et fideliter procurabunt, et exequentur,
quodque prout litterarum institutione Minarum etiam ac divinorum officiorum celebratione
Sacri Verbi Dei celebratione, salutaribus monitijs, Sanctissima Eucharistia, ac Penitentia
Sacramentorum administratione, ac alijs Christi fidelibus maxime erat adjuvanda, summoque
ipsi Urbis ornamet, ipsa Patribus Religiosis, seu ipsorum Congregⁿⁱ, ac Ordini, et pro ipsis et
eorum Nomina dilecto etiam nobis in dno Jo. Baptista Fabresco Praeⁿⁱsi et
Congregⁿⁱ presentis et acceptati, et ejusdem Congregⁿⁱ Nomine suscipiente ordinaria auctoritate
qua fungimur ac alijs omni meliori modo, jure, via, et forma, qua poterimus, eadem
predicta. Angh in suis officijs, hortijs, agris, terris, et pertinentijs, ac in ecclesiasticis
et ad divinum cultum dicata, quam ad profanos, et ad domesticos usus parata suppellectili
Nec non censibus, et proventus et profectus Soc. Jesu, et doctrine, et hanc Religiosos tenent,
et haberi solent, ac bonis, juribus, et actionibus universis in perpetuum damus, tradimus,
concedimus, et indulgemus. Volumus autem, ut si quando quod sensu advertat, ipsos Patres
ac Religiosos predictos Religionis Somascha ex hac Civitate abire, ac ecclesia predicta
Sedi Anghi debitura, ac onera sibi praescripta, et quae eos suscepta praetermittere con-
dixerit, ecclesia ad Nos, et Successores Nostros Episcopos, pro Episcopo existentes cum omnibus
suis bonis, rebus, metheramentis, ac juribus conserventur; ita ut Patres, ac Religiosi predicti
nullum jus, actionem in ijs sub ullo colore retinere, ac pretendere possint. Quare
Mandamus, et Vices Nostras plenarie committimus dilecto Nobis in Christo Arcano
Clementino J. V. P. Canonico, et auditori nostro ut assumpto sacro Notario, ac Tabellione Nro
infrascripto auctoritate Nostra tenore praesentium ipsi Q. Jo. Baptista Fabresco Vice, et
Nomine Congregⁿⁱ predicta, in, et ad corporalem, realem, et actualem possessionem eadem
Censu, bonoru, juriu, et pertinentiaru predictaru ponat, et inducat, induciturque defendat, et
admittat, ipsique vel ab eo substituto ac Successori Patribus, ac Religiosis in praedicta
ecclesia dependentibus, vel ipsorum Praeⁿⁱ pro favore existenti rebus, redditibus, proventus
et obventionibus universis respondere faciat. Contradictoras, Rebellas, et inobedientes

censuris, ac poenis, alijsque jurijs, et facti Cameris expellendo, Reservato, quatenus
opus sit Sacti Sedis Apostolicae beneplacito. In quoru[m] fide presertim Nostra, notarijque
infrascripti Manu Nostraque sigillo munitas fieri jussimus.

Datu[m] Amerin[is] in Sedibus episcopalibus nostris die 3. Septembris anno 1681. Pontificatus
Sactissimi in Christo Patris et D. N. D. Clementis divinis providentia[m] Papae Octavi anno decimo

Clementis Episcopus servus servorum Dei
ad perpetuam rei memoriam

Celestis Patris providentia ad Summi Apostolatus apicem meritis licet imparibus
assumpti ea, quae pro Ecclesiarum quarumlibet, et personarum in eis sub singulari observatio[n]e
Studio pie, dicitur, Divinoque cultui, ac pueroru[m], et adolescentium educationi, et instructioni
vacantiu[m] facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, et illibata ymaneat libenter, in
a nobis petitur Apostolico munimine corroboramus, alijsque p[ar]te d[e]i[us] disponimus prout
despicimus in Domino salubriter expedire. Jana pro parte Ven: Fratris Nostris An-
tonij Mariae, Episcopi Amerini, ac directoru[m] filioru[m] communitatis et hominum, ac
Bartolomei Petriani, et nonnulloru[m] alioru[m] particulariu[m] civitatis Amerinensis, et
Joannis Baptistae, Fabreschi procuratoris h[ic], ac alioru[m] Clericoru[m] Regulariu[m] Congregationis
sancti Majori de Somasca nobis nup[er] exhibita petitio continebat. Quod etiam dictus
Antonius M. Episcopus prout d[e]i[us] considerans Professores Societatis Iesu in Civitate
Amerinensi dudum introductos fuisse, ac ipsos professores praeter divini cultus exercitiu[m]
ludum etiam litterariu[m] iuxta bonu[m] laudabile institutu[m] in eodem ym[er]o Civitatis que-
roru[m], et adolescentiu[m] agnoscere, ipsis autem professoribus deficiatibus fors[us] illis ad eorundem
sustentatione[m] redditibus, aut alias alijs de causis a praedicta Civitate cedentibus, omni
erudiendi pueros et adolescentes hujusmodi Religiosis viris Congreg. Doctrinae Christianae
Incipate, qui inibi etiam fidei rudimenta tradiderunt commissa exhibit[is] ipsosque
Religiosos viros ab eadem Civitate similiter vacante, ac Ecclesia S. Angeli Amerinensi
que sine cura est, et in titulu[m] beneficii Ecclesiastici professoribus, et Religiosis hujusmodi

pro eorum non solum: Mem: Jo: Dominicus et Jo: Antonius Episcopi Amerinenses successive decesserunt fuerunt presbiteris et Sacerdotibus, qui illi in divinis deserviant, ipsa quoque Civitatem Rectoribus, et eruditis viris pro pueris, et adulescentibus illius bonis literis, et moribus imbuendis non absque modico divini cultus detrimento destituta, remanere, cupiensque provisionis aliquam opportuna ratione providere. Praedictam Ecclesiam cum illi annexis eorumque fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis, ac ejusdem Ecclesiae, officijs, ornamentis, et parametis Ecclesiasticis, ac tam sacra quam profana suppellectili Procuratori Th: quibusdam Clericis Regularibus praedicti Ordinis sua auctoritate concessit. Communitas vero, et homines loco Mercedis, seu Salarii centum et quinquaginta denariorum, quae Communitas et homines hujusmodi a centum annis vel circa huiusmodi Magistris in dicta Civitate pro tempore commorati dare solabant, ac Bartholomeus Petriagnanus de proprijs bonis suis ducentas, et alij particulares praedicti aliquam centumdenaria moneta, eisdem Procuratori et Clericis pro expensis eorum muneribus congrua subventionem. Cum hoc tamen quod dicti Clerici praedictae Ecclesiae in divinis deserviant, et Ecclesiastica sacramenta ministrare, ac verbum Dei predicare, aliisque divinis beneficiis insistant, ac prout dicti Clerici in alijs Italiae Civitatibus cum non modica illarum incolarum spirituali solatione facere consueverunt, pueros et adulescentes dictae Civitatis Amerinenses in pijs moribus et disciplinis, doctrinaeque Christianae erudire, ac eos Grammaticas, aliasque humaniores litteras juxta uniuscujusque ingenij capacitatem docere teneantur, annuatim etiam perpetuo donerunt, et assignaverunt prout in diversis publicis desuper effectis instrumentis plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem praeterea subiungatur, concessio et donatio hujusmodi ex iuris et legitimis causis facta, dignoscantur, et ne opus adeo prius ullis rebus tempore deservatur, divinusque cultus in dicta Ecclesia ulterius negligatur pro parte Antonij Episcopi, ac Procuratoris Th: et Clericorum, ac Bartholomei, et aliorum particularium praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus concessioni, donationi et assignationi praedictae pro illarum subsistentia firmiori robore Apostolica confirmationis adijcere, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignarerimus. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus quod praesentia beneficia Ecclesiae alij univere tenerentur exponere Verum annuum valore secundum communem estimationem etiam beneficij,

cui aliud uniri poterat, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commisi-
 fuerit ad partes vocatis quorum interesset. Antonius Maria Episcopus et Bartholomaeus
 et alios particulares, nec non Procuratorem Item et Clericos predictos, ac eorum singulos
 a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis
 Censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus
 quomodolibet innotuit existunt ad effectum presentium ducti et consequenda harum
 serie absolverent, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati
 Concessionem, donationem, et assignationem predictam Apostolica auctoritate hanc gratiam
 etiam perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque plenarie, et invidiabiliter firmitatis
 robur adijcimus, omnesque et singulas tam juris, quam facti, ac solennitatem et jure
 vel consuetudine, aut alias quomodolibet requisitas, et observandas, ac quosvis alios
 etiam quatuorvis substantialis defectus si qui in praemissis, vel eorum aliquo quomodolibet
 intervenissent, aut intervenire possint, vel Censeri possint suppleamus. >

Et Nihilominus Ecclesiam predictam, quae Colatione non est, nullique Clerico, vel Presbitero
 in titulum perpetui beneficii Ecclesiastici, vel alias conferri soluerit cum illi foris annexis
 ac omnibus juribus, obventionibus, proventibus, et pertinentiis suis dictae Congregationi
 de Somasca pro illius Clericorum perpetuo usu ac ad effectum apud illam in habitationibus
 et fabricis ad hoc destinatis, et aedificandis, seu fabricandis, et aedificandis, quos, et ad des-
 centes predictos in bonis disciplinis, et moribus juxta primum ipsius Congregationis
 de Somasca institutum instruendi tenore, et auctoritate praemissis etiam perpetuo
 concedimus. Ita quod licet Procuratori, et Clericis predictis, ipsi, vel alium, seu alios
 eorum nomine Corporales, Reales, et actualem possessionem Ecclesiae, et annexorum
 juriumque, et pertinentiarum suarum quorundamque propria auctoritate libere
 apprehendere, et etiam perpetuo retinere, seu jam apprehensa continuare
 diccasani loci, vel cuiusvis alterius licentia minima requisita. >

Decretas presentes litteras sub quibusvis similibus, vel dissimilibus quatuorvis ipsi,
 vel duo, aut unus eorum ipse, vel alium, seu alios eadem presentes litteras, et in eis contenta
 quaecumque ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte Antonii Mariae Episcopi
 ac Procuratoris, et Clericorum Regularium, ac aliorum quorum interesset fuerint requisiti
 solemniter publicantes, et in praemissis efficaci defensionis praesidio assistentes

faciatuctoritate nostra eadem processu litterarum, et in eis contenta hujusmodi firmiter
observari. Ac Procuratores, et Clericos, ac alios predictos illis pacifice fieri, et gaudere non
permittentes illos desuper quomodolibet indebita molestanti, turbanti, vel inquietari, con-
tradictorie quolibet et rebelle, et contumacia, Censuras, et poenas subsecutivas, ac alia juri,
et facti remedia opportuna appellacione preposita copescendo ac legitime super hijs
habendis servatis processibus sententias, Censuras et poenas Apostolicas etiam iterum
vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis -
Non obstantibus prius nostris voluntate predicta, quatenus opus sit, ac felicis Reuer.
Bonifacii Papa Octavi etiam predecessoris nostri, qua Cavetur ne quis extra sua Civitate
et Diocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diocesis a fine sue
Diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede predicta deputati extra Civitatem,
et Diocesim, in quibus deputati fuerint, extra quos eundem procedere, aut alij, vel alij
vices suas committere audeant, seu gerant, et de omnibus dictis in Concilio etc.
edita, omnimodo ultra tres diocesis aliquis Vigora presentis ad iudicium ne trahatur,
Nec non super bono Regimine, qua inter alia expresse Cavetur ne Communitates
quicquam ex quavis causa committere, aut largiri, vel concedere possint, alijsque
Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis et varijs quibusvis. Aut si aliquibus
Communitatibus, vel vicisim ab Apostolica Sede indultum quod interdici, suspendi,
vel excommunicari non possint, litterarum Apostolicarum non facientes plena, et expressa
ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. -

Nulli ergo hominum liceat hac pagina nostra, Absolutionis, Confirmationis, approbationis,
adjectionis, Impletionis, Additionis, decreti, et Mandati infringere, vel ei ausu ha-
meraria contraire. Siquis autem hoc attemptaverit indignatione omnipo-
tentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. -

Datum Romae, apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Sexcentesimo
primo Idibus Februarij Pontificatus Nostri Anno Undecimo. -

Pro M. et B. Dno Summo. L. Puccini

M. Sebastianus Barbanius.

A. De Alexij

Copia
della Bolla di Monsig. Antonio M.
Erazione Vescovo di Amelia
e del Breve di Papa Clemente VIII.
circa la Donazione fatta dalla
Chiesa e Coll.^o di S. Michell Arcid.
di Amelia a Chierici Regolari della
Congregazione di Somasca l'anno
1602.